

Vidi et crudelis datus Salmoessa prius,
Dum flamas Jovis et sonitus imitatur Olympi.
Deoens qui fimbria, et non imitabile foemina
Ate et comedens pulsa simulacra equorum

Et rursum :

Sermoni ingrediuntur alii, radiisque rotarum
Instituti perdeant se, eternumque sedebant,
Intervix Theseus : Philergasque insertimus omnes
Admone, et magna testitur voce per umbras :
Discite justitiam mortis, et non temere diuos.

Sed audi certa et sacra. Ita Lazarus e sinu
Abrahæ vidit divitem epulonem in gehennæ cruci-
cione, namque et Abraham opem implorantem. Sed
frustra; nam ab Abraham audiri : « Fili, recordare,
quia receplisti bona in vita tua, et Lazarus
similiter mala: nuna autem hic consolabit, tu
vero cruciaris, » *Luke xvi, 25.* Ita Eremita sanctus
vidit Theodoricum regem discutendum, disce-
lendum, vincendisque manus inter Joannem Papam
et Symmachum patrum (quos in isto occidere)
duci et projici in olim Vulcam, uti refert
S. Gregorius, lib. IV Dialog. cap. xxx. Qui et
cap. xxxi narrat Reparatum vidisse regum pa-
rari cuidam scelerato, cajus cacumen in celum

a terra porrigi videbatur. Et cap. XXXVI narrat
Petrum quemdam gehennæ supplicio vidisse,
cumque in ea mortegendum videbatur, ab Angelo
liberatum audiisse : « Regredere, et quaffier
tibi posthac vivendum sit, cautissime attende. »
Et cap. XXXVII narrat Chrysostomum in morte vi-
disse tetrominus spiritus sibi immittentes, ut ad in-
fernali clausa cum rapere. Et cap. LIV narrat
de tinctorie quodam, qui sepultus in templo
S. Laurentii, noctu e sepulcro clamavit : « Ardeo,
ardeo, » cumque seplerum inspiciente, vestes
ejus viderunt, at corporis non inventaverunt.

Ia super consilariis quidam Elisabethæ re-
gine Anglie, moriens vidit suam in gehenna
sedem profundam, ignem, aliasque similes jux-
ta eam suis collegis paratas, ut a viris omni fide
dignis acceperit. Hosce Deus mortalibus delit tibi-
cines, hosca sticines, qui jugiter mutis, sed
igne vocitis, peccatoribus inclam : Sapite,
nostræ domine sapite. Hodie mihi, cras tibi, o
vanas opes, o mundus honoros! Ambito, avaritia
et erupula duxerunt nos, vosque paruer-
dcent ad tartara. Quis poterit habere cum
igne devorante, commorari cum ardoribus sim-
piteris?

CAPUT TRIGESIMUM TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Doest officium speculatorum, id est Prophetarum et praedicatorum, esse, præmonere populum de instantiis clade. Secundo, vers. 10, invitad propter penitentiam, docens ei promittens quod impius, si se convertat, vivet; justus, si a justitia deficiat, morietur; idque esse apicum et justum. Tertio, vers. 21, in Babylonie existens edicit Ierusalem a Chaldaeo jam esse captam et vastata, quod postdictio mentis ex Iudea veniens, verum esse conformat. Inde Iudeis in Iudea reliquis superbientibus, quasi ipsi soli Iudeam essent possessuri, cladem intentat. Denique, vers. 30, ois qui oracula Prophetarum, quasi carmen musicum audiebant et irruerant, stragen eis comminata certo obleviantur denuntiat (1).

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Fili hominis, loquere ad filios populi, et dices ad eos : Terra cum induxero super eam gladium, et tulerit populus terræ virum

(1) Hic incipit tertia pars prophetiarum Ezechielis, quae primo, ad Iudeorum reductionem et Gentium vocacionem, cap. XXXIII-XXXIV; secunda, ad Ecclesie tum Iudeorum repatriationem, tum Christianæ institutionem, cap. XL-XLVIII. Duo sunt in his capitulo XXX propheta, dum etiam tripli sunt partes. In priori quidem oracula, vers. 1-20, primo, postquam vates ab exteri gentibus revocatos esset ad Iudeum, primo, proponit sententiam de speculatoribus constitutis qui, si de male imminentie monerent, expers delector euge, et liber a clave oppressum monere, ne tamen sibi caeventes, 1-5; si officium hoc nepercerent, trans damnavit, et secunda, applicat ibem iudicium ad prophetam, minus sum faciemus vel omittentem, 7-9;

secunda, ad Iudeos se convertens, primo, reprehendit despectum postulantium, 10; secunda, commentat Dei ad penitentiam vocantis clementiam, 11; tertio, excusat interitum innocentis quidem prius, sed posthac

peccantis, 12, 13; quarto, promittit salutem peccatori quidem prius, sed postea respicentes et in justitia constans, 14-16; quinto, refutat obnubilantes divino sententia literato decrete, 17-20.

In vaticinio altero, quod prius quam veniret montis, qui de capta et vastata Hierosolymitana civitate exsoluit, spiritu divino tactus Propheta protulit, 20, 20, spem eripi repenitie possessionis antiqui Iudei illi, cladi per Chaldaeos Iudeam illaten superstulit, qui in urbium ruinis, in saltibus et agris, et in sarcorum latibus præsidium sibi aut demicinium locaverunt, quibus conetur nullum futurum esse locum a periculo vacuum, 21-29;

SECUNDO, ad commorantes jam in captivitate Iudea-
nica se verius, 27-28, detegit illorum hypocrisia illa-
dement prophetarum, 30-32; secunda, asserit certum op-
rum vaticiniorum eventum, 33.

unum de novissimis suis, et constituerit eum super se speculatorem : 3. et ille viderit gla-
diū venientem super terram, et cecinerit buccinam, et annuntiaverit populo : 4. Audiens au-
tem, quisquis ille est, sonum buccinæ, et non se observaverit, veneritque gladius, et tulerit
eum : sanguis ipsius super caput ejus erit. 5. Sonum buccinæ audivit, et non se observavit,
sanguis ejus in ipso erit : si autem se custodierit, animam suam salvabit. 6. Quod si speculator
viderit gladius: venientem, et non insomniter buccinam, et populus se non custodierit, venerit-
que gladius, et tale: de eis animam : ille quidem in iniuste sua captus est, sanguinem
autem ejus de manu speculatoris requirat. 7. Et tu, fili hominis, speculatorum dedi te do-
mui Israel : audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me. 8. Si me dientes ad
impium : Impie, morte morieris : non fueris locutus ut se custodias impius a via sua : ipse
impius in iniuste sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram. 9. Si au-
tem annuntiante te ad impium ut a viis suis converterat, non fuerit conversus a via sua : ipse
in iniuste sua morietur : porro tu animam tuam liberasti. 10. Tu ergo, fili hominis, dic
ad domum Israel : Sic locuti es, dicentes : Iniquitates nostræ et peccata nostra super nos
sunt, et in ipsis nos tabescimus : quomodo ergo vivere poterimus? 11. Dic ad eos : Vivo ego,
dicit Dominus Deus : nolo mortem impiorum, sed ut convertatur impius a via sua, et vivat. Converti-
mini, convertimini a viis vestris pessimis : et quare morientur, dominus Israel? 12. Tu itaque,
fili hominis, dic ad filios populi tui : Justitia justi non liberabit eum in quacumque die pecca-
verit : et impiebatur impiorum non nocet ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua : et
justus non poterit vivere in justitia sua, in quacumque die peccaverit. 13. Etiam si dixerit justo
quod vita vivat, et confusis in justitia sua fecerit iniustitatem : omnes justitia ejus oblivioni
tradentur, et in iniuste sua, quam operatis est, in ipsa morietur. 14. Si autem dixerit impio : Morte morieris : et egerit penitentiam a peccato suo, feceritque judicium et justitiam,
15. et pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vita ambulaverit,
nec fecerit quidquam injustum : vita vivet, et non morietur. 16. Omnia peccata ejus, quæ
peccavit, non imputabuntur ei : judicium et justitiam fecit, vita vivet. 17. Et dixerunt filii
populi tui : Non est aequi ponderis via Domini : et ipsorum via injusta est. 18. Cum enim re-
cesserit justus a justitia sua, feceritque iniustitiae, morietur in eis. 19. Et cum recesserit
impius ab impietate sua, feceritque judicium et justitiam, vivet in eis. 20. Et dicitis : Non
est recta via Domini. Unquamque juxta vias suas judicabo de vobis, dominus Israel. 21. Et
factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis transmigrationis nostra,
venit me qui fugerat de Jerusalem, dicens : Vastata est civitas. 22. Manus autem Domini facta
fuerat ad me vespera, antequam veniret qui fugerat : aperuitque os meum donec veniret ad
me manu, et aperto ore meo non silui amplius. 23. Et factum est verbum Domini ad me,
dicens : 24. Fili hominis, qui habitant in ruinas hys super humum Israel, loquentes aiunt :
Unus erat Abraham, et hereditate possedit terram : nos autem multi sumus, nobis data est
terra in possessionem. 25. Idecirco dices ad eos : Hec dicit Dominus Deus : Qui in sanguine
comeditis, et oculos vestros levatis ad immunditias vestras, et sanguinem funditis : numquid
terræ hereditate possidebitis? 26. Stetitis in gladiis vestris, fecistis abominationes, et unus-
quisque uxorem proximi sui polluit : et terram hereditate possidebitis? 27. Ille dices ad eos :
Sic dicit Dominus Deus : Vivo ego, quia qui in ruinas habitant, gladio cadent : et qui in
agro est, bestias tradetur ad devorandum : qui autem in praesidiis et speluncis sunt, peste
mortientur. 28. Et dabo terram in soliditudinem, et in desertum, et deficiet superba fortitudo
ejus : et desolabuntur montes Israel, eo quod nullus sit qui per eos transeat. 29. Et scient
quia ego Dominus, cum dederit terram eorum solitatem et desertam propter universas abo-
minationes soas, quas operati sunt. 30. Et tu fili hominis : filii populi tui, qui loquuntur de
te juxta muros, et in ostiis domorum, et dicunt unus ad alterum , vir ad proximum suum

loquentes: Venite, et audiamus quis sit sermo egrediens a Domino. 31. Et venient ad te quasi si ingrediatur populus, et sedent coram te populus meus: et audiunt sermones tuos, et non faciunt eos: quia in canticum oris sui vertunt illos, et avaritiam suam sequitur cor eorum. 32. Et es eis quasi carmen musicum, quod suavi dulcique sono canitur: et audiunt verba tua, et non faciunt ea. 33. Et cum venerit quod predictum est (ecce enim venit), tunc scient quod prophetae fuerit inter eos.

2. AD FILIOS POPULI TUI, — ad Iudeos populares tuos, q. d. Hactenus contra gentes jussi te vaticinari, nunc redi ad tuos, eisque quasi speculator sceleris, ob eaque clades imminentes speculare, et ammonita.

TERRA. — Est hebreus. Sensus est, q. d. Cum upe terram gladium induxero. Hebrei enim omittit antecedens cum relativum.

3. GLADIUS, — id est hostes. Nota metaphoram, vel allegoriam. Sensus enim est, q. d. Sicut tempore belli sole in terra ex novissimis, id est infinitis et plebeis, constituti speculatori, qui cives admodum de hostium adventu; qui si id ipsum non fecerit, illi mors et cedes civium imputabitur: sin ipse bucinandum premoneat, et aliquis ab hoste sibi non caveat, sanguis eius super ipsum erit, id est ipse sibi est causa mortis, ipsuam mortem impetu sibi: ita speculator spiritualis, id est Propheta et predictor (qualis ego sum, non ex plebeio et infimo; sed ex nobili, puta ex sacerdotali, genere a Deo electus et constitutus, ut libentius et attinens a vobis audiar), si minus Dei, ac peccatis presentes et futuras peccatoribus non denuntiet, ipsi peccatorum mors imputabitur: si denuntiet, et aliquis non caveat sibi, sua mors et perditio eidem imputabiliter. Unde S. Clemens, lib. II *Constit. Apost.* cap. vi, docet Episcopum debere predicare Evangelium. Hoc est enim tuba qua canit: « Gladius, inquit, iudicium est, tuba vero sacram Evangelium; speculator autem Episcopus, qui praecepit iudicio et Ecclesie, quem oportet praedicando testari et affirmare de iudicio. Si enim non denuntiatur et testatum populo erit, peccatum ignorantium ascriberit vobis. » Ille moraliter S. Bernardus: « Sollicitudo, at, officium Prelati est, non celsitudo. » Et Chrysostomus in epist. ad *Hebr.*: « Mirror, at, si quem ex his qui obtinunt principatum, contigerit salvari in tanta eorum desidia, et in tota adversitate eos compunctionibus. »

Praeclare S. Gregorius, *Homil. 17 in Evangel.*: « Vos esitis sal terra. Quasi ergo inter bruta animalia petra salis debet esse sacerdos in populis. Curare namque sacerdotem necesse est, que singularis dicat, unumquemque qualiter admoneat, ut quisquis sacerdoti jungitur, quasi ex saepta tactu eterna vite sapore conditatur. Sed tunc vere alii recte predicamus, si dicta rebus ostendimus, si nos ipsi divino amore compungimur, et humana vita, que sine culpa transiri nequaquam potest, quotidiani lacrymis maculas

lavamus. Tunc autem de nobis vere compungimur, si studiose patrum praecedentium facta penitus, ut ex conspectu illorum gloria, in nostris oculis nostra vita sordecat. » Et inferius gemens queritur, sequi cum ceteris accusans, ait: « Ad exteriora negotia delapsi sumus, et aliud ex honore suscipimus, aliud ex officio actionis exhibemus. Ministerium predictionis negligimus, et ponam nostram, ut video, Epi scopi vocamus, qui honoris nomen, non virtutem tenemus. Hi qui nobis commisi sunt quotidiane per multas nequitias pereunt, et eos ad infernum tendere negligenter videmus. Sed quomodo nos vita corrigitem valemus alienam, qui negligimus nostram? Curis enim seculularibus inteni, tanto insensibiliores intus efficiunt, quanto ad ea quae foris sunt studiosiores videamus. Unde bene S. Ecclesia de membris suis infraimmaculata dicit: Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivi. Vineae quippe nostra actiones sunt, quas uero quotidiani laboris excellimus. Nullum putto, fratres charissimi, ab aliis majori prejucdium, quam a sacerdotibus tolerari beus, quando eos quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla provisit eterni; quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus, etc. Nulla animalium lucra querimus, ad nostra quotidie studia vacamus, terrena concepimus, humana gloriam intenta mente captamus. Locum sanctitatis accipimus, et terrenus actibus implicamus. Impletum est in nobis: Et erit sicut populus, sio sacerdos. Sacerdos enim non distat a populo, quando nullo merito vita sua vulgi transcendit actionem. Imploremus Jeremie lacrymas, considerem morte nostram, et deploras dicat: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuariorum in capite omnium platearum? » etc. Subdit deinde hac de causa Deus vindice a barbaris eversa esse templum et monasteria, depopulatas urbes, agros vastatos. Ac rursum exhortans, ait: « Pensemus ergo qui unquam per linguam nostram conversi, qui de perverso suo opere nostra incepione correpti, penitentiam egerunt: quis luxuriam ex nostra crudelitate deseruit, quis avaritiam, quis superbiam declinavit? Pensemus quod lucrum Deo fecimus, nos qui accepto talento, ab eo ad negotium missi sumus; etenim dicit: Negotiamini dum venio. Quale ei animalium lucrum de nostra negotiatione monstrabimus? Ponamus ante oculos nostros illum tanta

distractionis diem, quo iudex veniet, et rationem cum servis suis quibus talenta sua credidi ponet. Ecce in maiestate terribili, inter Angelorum alique Archangelorum chorus videbitur. Ibi Petrus cum Iudea conversa, quam post se traxit, apparebit. Ibi Paulus conversum, ut ita dixerim, mundum duens. Ibi Andreas post se Achaim, ibi Joannes Asiam, Thomas Indianam, in conspectu sui judicis conversam ducet. Ibi omnes Domini gregis arietes cum animalium lucris apparetur, qui sanctis suis praedicationibus Deo post se subditi gregem trahunt. Cum igitur post pastores cum gregibus suis ante aeterni Pastoris oculos venerint, nos miseri quid dicturi sumus, qui ad Dominum nostrum post negotium vacui redimus; qui pastorum nomen habuimus, et oves quas ex nutrimento nostro debemus ostendere, non habemus? Inreditur electi, sacerdotum manibus explati, coelestem patriam: et sacerdotes ipsi per vitam improbam ad inferni supplicia festinant. Cui ergo rei, qui similes dixerim sacerdotes malos, nisi aquila baptismatis, que peccata baptizatorum dilecti illi ad regnum coeleste mittit, et ipsa postea in cloacas descendit? » Haec et plura Gregorius lectu dignissima, et factu necessaria.

5. SANGUIS EIUS IN IPSO ERIT, — id est ipse causat sua mortis, nec in lumine eam poterit conferre (t).

6. ANIMAL (id est hominem. Est synecdoche, q. d. Si aliquem ex eis hostis occiderit), ILLE QUI DEN IN INQUITUDINE (id est ob iniquitatem et scelera sua, punieatur et morietur; quia Deus hostes non immunit nisi ob peccata populi; tamen) SANGUINIS EIUS DE MANU SPECULATORUM REQUIRAM — id est puniam speculatorum ut homicidam; quia mortem alterius imminentem, quam praedicere, quemque premonere debebat, praedicando et premonendo, quantum in se erat, non impeditiv.

7. SPECULATORUM DEDITE, — o Ezechiel! Accommodat hiesis ad hypothesis, ut et Ezechiel Judeus prophetet, et Iudei eum audiant, eique credant. S. Clemens, lib. II *Constit. Apost.* cap. vi, ex doctrina S. Petri et Apostolorum ita sancti de Episcopo: « Vos Episcopos speculatores populi esse oportet, quod vos quoque speculatorum habeatis Christum. Et vos igitur estote boni speculatorum populi Dei. Ait enim Dominus unicuique nostrum per Ezechiel: Fili hominis, speculatorum dedi te domui Israel, » etc.

Audi S. Prosperum, lib. I *De Vita contemplativa*, cap. xx: « Speculatorum dedite, hoc, inquit, est dicere, si ei veccata sua non annuntiaveris, si eum non argueris, ut ab impietate sua convertatur et vivat: et te, quia non increpasti; et ipsum,

(t) Metaphora videtur a victimis expiatoriis desumpta, quibus capitibus sacrificantes imponebant manus, et eorum imputabant eis reatum, vide *Levit.* 1, 4; XIV, 14, et cf. *Math. xxv.*, 35. Dabit debitas stupori suo atque inertia penas.

qui te lacente, peccavit, flammis perennibus perdam. Quis tam sacerdos, tam ferreus erit, quem sententia ipse non percellat? » Et S. Augustinus, *homil.* 7, inter 50: « Si diligenter, ait, attenditis, omnes sacerdotes in grandi pectore esse cognoscitis. Ipsis enim contestatur Spiritus Sanctus dicens, *Isaiae LVIII*: Clama, nescies. Et *Ezech. xxxiii*:

Si non annuntiaveris inique infidelitatem suam, sanguinem ejus de manu tua requiram. Et *Apostolus*, *Hebr. xiii*: Ipsi per vigilant tanquam ratiōnēm redditū pro animabus vestris. » Si quisque pro se vix poterit rationem reddere in die iudicii, quid faciat pastor, a quo omnium subditorum animis requiret Deus?

Egregie quoque Origenes, *homil.* 7 in *Josue*: « Tu, inquit, qui Ecclesie præsidis, corporis Christi oculus: vide ergo ut omnia circumspicias, omni circumstretas, etiam ventura previdas. Pastor es, vides oviuelas Domini ignaras periculi ferrī ad precipitia, et per prærupta pendere, non occurris? non revocas? non saltem voce cohibus, et correptionis clamore deterres? sic memor es Domini sacramenti, ut, cum illa derelicta nonaginta novem in celestibus, proper oviuelam, que erraverat in terras descendit, et inventari vecaverit humeris suis ad colum, nos in nullo prorsus in curandis oviuelis magistris pastoris sequamur exemplum? »

Rursum S. Bernardus in *Sententias*: « Pastorum est, inquit, vigilare super gregem propter tria necessaria: videlicet, ad disciplinam, ad custodiā, ad preces. Ad disciplinam, propter morum correctionem, ne grex commissus propria molestia deficiat. Ad custodiā, propter diabolicaē suggestionē, ne hostili seducatur caliditate. Ad preces, propter tentationum instantiam, ne vincatur a pusillanimitate. In disciplina rigor est justitiae, in custodia spiritus consilii, in preceptis compassio[nis. »

Hinc secundo, disce hic quam Deus velit principes et prælates solliciti monere et libere redargere peccantes: ni enim id faciant, eis mortem intentat. Quocire Nehemias, cap. v, audiens clamorem populi propter gravamina, que patiebatur a divilibus, increpavit optimates et magistratus. Idem fecit pro eo quod multi portando oneris, diem sabbati profanabant.

Daniel discrete, sed libere arguit regem Balsasar exemplo patris sui. Rex eum patienter audit: immo licet ei Daniel extitum intentaret, magnifice tamē eum honoravit, *daniel.* v.

S. Joannes Baptista nro favore corripuit phariseos, dicens: « Prodigies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? » *Math. cap. iii.*

S. Stephanus in concilio Judeos acriter reprehendit, dicens: « Dura cervice et incircumcisus corde et auribus, vos semper Spiritui Sancto resistitis: sicut patres vestri, ita et vos, » *Acter. vii.*

S. Paulus intuens Elymam magum, qui nite-

batur avertere Paulus proconsulam a fide, dixit illi : « O plena omni dolo, et omni fallacia, fili diaboli, et inimicis omnis justitia, non desinis subvertere vias Domini rectas. »

S. Macedonius Anacloræta jussit judices Imperatoris ex equo descendere, ac renuntiare Imperatori : seiret esse hominem, ac ejusdem naturam cum aliis ; quare non tam crudeliter euraret e medio tolli homines, qui sunt vive et spirantes Dei imagines, presertim cum ipse Imperator tam ægre tulerit conjugis sue imaginem amorem contumaciam afficeret, ut proprieitate tot homines trucidare vellet. Ita Theodoreetus in ejus Vita, et Baroianus, anno Christi 388.

Isaacius monachus Valentem Imperatorem proficiscentem ad bellum libere rediuguit, eaque in iterum predixit. Cumque Valens eum capi et custodiri iuberet, donec a bello victor rediret, dixit Isaacius : « Eneca etiam, inquit, si mendacia deprehenderet verba mea. » Et vere : nam Valens a Gothis victus in casa ab eis combustus est : atque Isaacius absens in carcere suis nuntiavit hiem et horam necis eius; quin et nido assursum carnium eus repletus est. Ita Nicophorus, lib. XI, cap. L.

S. Amandus Episcopus, Roma in ecclesia S. Petri pernoctans, vidit S. Petrum, qui ei jussit ut ad Dagoberto regem Francorum pergeret, eumque de suis peccatis corriperet, quod et fecit, ideoque regia extrusus est. Sed tandem respicente Dagoberto Amandus gratus fuit. Ita habet ejus Vita.

Verum advertit Prelatus, et monitor, quod correcio non debet esse nimis severa et ulteria; sed mansuetia, et talis, ut ex charitate proficiat videatur : aliqui noxii est.

Nota est visione S. Carpi anno Domini 39, qui in seminas indigentes in Gentiles, quid fidelicem qui in dñis a fide avenerint, opificaque ex ea factarunt, videt Christum et a matre peribentem, ac dicentem Carp: « Percede adversum me : paratus enim sum ilerum pro salvacionis hominibus pati : tu autem inspicie an tibi utille sit, huc in gembra mansione præferre Dei et angelorum consortio. » Rem fusa narrat S. Dionyius epist. ad Demophilum.

Cum Ameras Tharsi, dux Saracenorum, contra Romanos cum exercitu profectus es et, atque in Herculis viii milibus deprendit mi-siss, quidam presbyter Thamel nomine, sacrificium in crumentum peragens, ut agnivit Saracenorum irruptionem, relicto sacrificandi muore, ita ut erat induitus, manibus gestans Ecclesiæ mysterium, sic eos qui invaserant propulsavit, et multos vulneravit; non paucos interfecit, reliquias in fugaveris. Cum vero Episcopus idcirco ei sacris interdicere, interiit : relaxationem petuit : postquam non impetravit, ad Agarenos se confundit, et christianam fidem ejuravit, atque cum ipsis egressus non solum Cappadociam, et finitima loca

vexavit, sed etiam usque ad Asiam, quæ minor dicitur, pervenit : et quanta detrimenta intulit, nec scribere quidem nobis fas est, inquit Europa-lates, et ex eo Garonius, anno Christi 657. Quanto prestitissimus Episcopum leniter cum eo egisse, ac petenti et penitenti interdictum relaxasse?

10. PECCATA NOSTRA SUPER NOS SUNT, — nos gravant, et dicunt ad mortem.

11. NOLO MORTEM IMPU. — « Nolo, » scilicet antecedenter, et quantum est ex parte mea : quia, ut sequitur, volo ut convertatur impius a via sua, et vivat; ideoque te, Ezechiel, alias Prophetas et predicatorum ad eos mitti, eisque sub pena mortis principio, ut nos nescient, arguant, ac ad ponentem invitant. Atque siens exterius per predicatorum, ita et interiorius per sanctos gratias impulsu, perque terrores et consolationes, quas eis immulito, ad eandem illos invitare. Sicut his enim frustrana et innatis foret omnis exterior predictio. Quod si tot modis ma excedit, ipsi aures obtundent, et converti nolant : tunc ego consequenter volo et deseruant eorum mortem, quia justum eorum supplicium, quo ceteri terrauntur. Non ergo per Deum, sed per peccatores stat, quod ipsi in peccatis maneat, pareant et damcent. Hoc est quod ait Sepiens Eccl. xv, 11 : « Non dicas : Per Deum abest; quia enim nullus ne feceris. » Vide dicta cap. XVII, 23 (l).

12. IMPETUS IMPU NON NOCERIT EI, IN QUACUNQUE DIE CONVERSUM FURIT AB IMPETATE SUA. — Prudenter S. Augustinus, tract. 33 in Joannem, in fine tom. IX, a. Homines, ait, periclitantur, et sperando, et desperando. Sperando, dum dicunt : Deus est Deus, faciam quod mihi placet, quodlibet : desperando, » dum ob gravi peccata, que fecerint, » dicunt : Jam damnandi sumus; quare non quod volumus facimus? Metuendum est ne te occidat spes, et cum multum speras, de misericordia inuidas in te. Metuendum est rursus te te occidat desperatio, » etc. Hinc ultra-

(1) Si negligenter legamus, inquit S. Hieronymus, videtur nobis cadere propheta esse quae supra, cap. xviii, 23, in qua dicitur : « Numquid vobis cupio mortem invenire? » Et in fine epispiam prophetice (vers. 82) : « Converturni, » etc. Ibi enim ad eos seruit, qui volunt agere penitentiam, et justitia peccata dicere, ut cum filiis convertantur, et pleno animo agant penitentiam. His autem ad eos loquitor, qui magnitudine peccatorum, imo impletatum suarum desperant salutem, et dicunt : « Iniquitates nostre et peccata nostra super nos sunt, et in ipsis tabescimus, quoniam ergo vivere poterimus? » Et est sensus : Cum semel in his mors proposita sit, et valerimus nostris nulla medicina possit restituere sanitatem, quia necessaria est labore et frustra consumi, et presentem vitam non cum desperatione transigure, ut saltem hac fruatur, quia futuram perditissimam. Quibus respondet Deus (vers. 41) non vele se mortem impui, sed et revertatur et virat. Et apostrophæ facit ad impia desperantes, et conversionis, » etc. Atque ut sciamus, qui sunt impii ad quos loquuntur, sequens sermo demonstra (vers. 11) : « quare moriemini, domus Israel.

que succurrere volens Dominus, « illis qui spe periclitantur dicit Levit. v : Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem : subito enim venit ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te. Illis qui desperatione periclitantur quid dicit? In quacunque die impius conversus fuerit, omnes iniquitates ejus obliviiscat. Propter illos ergo, qui desperatione periclitantur, propositus indulgenzia portum : propter illos, qui spe periclitantur, et dilectionibus illuduntur, fecit diem mortis incertum. Quando veniat ultimus dies, nesci. Ingratus es, si cum expsectas, quia hodie num habes in quo corrigitur. »

13. ETIAM SI DIXERO JUSTO QUID VITA VIVAT, — scilicet, si permaneris in justitia sua.

14. FECERUNT JUDICIUM ET JUSTITIAM, — innocenter et juste vixerit.

15. MANDATIS VITE, — quæ ducunt ad vitam presentem et eternam.

17. ET DIXERANT, etc. NON EST EQUUS PONDERIS, — id est equus: Septuaginta, recta, id est non est æquus ponderis rationis et justitiae librata, q. d. Non æquus, non recta nobiscum, puta cum suis et impisis, agit Deus. Vide dicta cap. XVII, sub finem.

Er (id est cum) IPSORUM VIA INJUSTA. — iniqua, prava et detorta sit.

18. IN EIS, — propter eas.

21. ET FACTUM EST IN DUODECIMO ANNO, etc., TRANS-MIGRATIONES NOSTRE. — Hinc patet Ezechiel annos nos consignare per eam transmigrationis Jechoniam, uti sepe superius dixi.

VENIT AD ME QUI FUGERAT, — expugnata iam urbe Jerusalem; ut predixerat illi Deus, cap. xxiv, vers. 23. Expugnata enim fuit Jerusalem anno undecimo, mense quartu, die quinta, Jerem. cap. XXXIX, vers. 2; facile ergo spatio sesquianni potuit Ezechiel in Babylonem accipere numerum de ejus expugnatione : immo plus mirum est, quod non prius cum accepterit. Verum in tanta vastitate, et paucitate eorum qui cladem Hierosolymæ effugerunt, atque in tanta locorum intercedapine, id intransandum non est, cum quisque de se et vita sollicitus, parum de clade haec in Babylonie nunquam ingreditur.

32. MANUS DOMINI (id est virtus, efficacia et operatio Domini) afflaverat me pridie spiritu prophetico, ut libere prædicarem in Babylonem excludimur Jerusalem super faciem, et non silrem quod postulare vultus adveniens reipsa completem, et verum esse nuntiavit. Ilos enim est, quod ait: APERIQUIT (Dominus) OS MURI, — id est dedidit mili loquendi libertatem et audaciam.

24. IN RUINOSIS HIS, — in ruinis Jerusalem et Iudeæ a Chaldais evaserunt, q. d. Hi reliqui a Chaldais in Iudea cum dolore deberent, gaudent, quod pauci ipsi totam Iudeam sint possessuri, sed cum nihil proficeret, saganam misit in eam, multosque pertraxit : quos cum palpitantes intereruerunt : « Temperate, et iam a salutibus, quia, me canente, nolquistis saltare. » Ita Deus, 47

23. IN SANGUINE, — cum sanguine comeditis carnaem. Sanguinis enim eusus lege vetitus erat, Levit. xix, 26. Alii exponunt, q. d. Quod inter comedendum de sanguine proximi fundendo cogitatis : aut, postquam sanguinem innocentem fudisti, cruentis adhuc manus eum securi sumitis, quasi nihil mali fecisset. Ita Maldonatus.

OCULOS LEVATIS AD IMMUNDITAS VESTRAS, — cum amore, reverentia, spe, veneratione, affectu, desiderio respicitis ad idola vestra. Levare ergo oculos ad idola, symbolum erat et signum adoracionis eorum. Ita Chaldeus, Vatablus et alii. Vel proprie, q. d. Respiciens ad libidines et turpitudines vestras.

26. STETISTIS IN GLADIIS, — cum gladiis vestris, quasi parati ex habitu et consuetudine occidere innocentes. Ita R. David. Vel, stetistis innixi gladiis vestris, quasi iis confisi, ac dicentes : « Manus nostra excelsa, et non Dominus fecit haec omnia. » Unde Chaldeus verit : Stetistis in fortitudine vestra.

27. QUI IN RUINOSIS (in ruinis Jerusalem) HABITANT.

GLADIO CADENT. — Godolias enim cum suis occisis est ab Ismaele, et post eum alii multi a Chaldais.

Eo quod (ita ut) NULLUS SIT.

30. QUI LOQUENTUR DE TE, — qui obloquentur, et irritant te, uti otiosi et sanniones in loro facere solet.

31. QUASI SI INGREDIATOR POPULUS, — id est sicut solet populus ingredi, scilicet conserfari, et multi simul. Ita Septuaginta.

IN CANTICUM, — id est rident, contemnunt, verunt in jocum et canticum tuas minas et conciontes.

32. ET ES EIS QUASI CARMEN MUSICUM, — q. d. Audiant te voluptas et recreationis ergo, non doctrinæ, ut vilam corrigit, quasi audiunt te sicut pulsantem instrumentum musicum, solo concentu delectati. Septuaginta, et es eis quasi vox psalterii; Chaldeus, quasi canticum organorum; Vatablus, velut canticum amorum, vel amatorium: canticum, id est canens amatoria, q. d. Tu es illis ludibri, rident te, et quasi histrio eorum esses. Sic Quintilius, lib. I, cap. x, ait : « Assignare carmen allactationi, et carmen componere ad lyram. » Hinc et proverbium : « Musice vivit, » id est otiosæ et voluptuarie vivit : sed horum musicae filii Boætia canilena, » id est p. luctum et funebre carmen convertitur, dum extrema gaudii luctus occupat, et sanniones sentiunt iras Dei, quas ante riscent. Narrat Herodotus, lib. II, Cyprum, cum lones pacis conditores quas prius repudiabant, ab eo reposcerent, cixissim eis apoligum tibicinis, qui ad allieviendos pisces tibiae occiderat, sed cum nihil proficeret, saganam misit in eam, multosque pertraxit : quos cum palpitantes intereruerunt : « Temperate, et iam a salutibus, quia, me canente, nolquistis saltare. » Ita Deus,

Judeis libram Ezechielis et Prophetarum responsum, hamum Chaldeorum immisit, quo capti et necati sunt. Hinc Themistocles in regendo duo adhibenda esse numina dicebat, *misericordia et pax*, ut qui illius suavitatem contempsent, hujus stimulos sentiant. Id deckrat apolonus (nostro huile antistrophus et dissimiliter similis) Phaedri, lib. III, cap. LV, de cicada, que rogata a noctua ut taceat, nee somnum impedit, cum illa nollet, invitata a noctua ad Palladis nectar, ut sitim canendo contractam exsinguuerat, veniens ab ea occisa est. « Sic viva quod negarat, tribuit mortua. » Illi impii qui viventes noluerunt obsequi Deo et Prophetis, moriendo obsequuntur. Canunt illi suas cantilenas lascivi, silere nolunt, iubente Deo, qui proinde morte eos puniens silentium eis indicat.

Tales et hodie sunt multi, qui pruriientes auribus conciones serias et efficaces fastidunt, ele-

CAPUT TRIGESIMUM QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Pastores qui non gregem, sed scipios pascunt, arguit, punit, officio privat. Inde, vers. 11, se gregem suam visitaturum; ac vers. 23, se verum Pastorem missurum promittit, Christum scilicet, qui dissipatum gregem colligat, pascat, et salvet (1).

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 2. Fili hominis, propheta de pastoribus Israel: propheta, et dices pastoribus: Haec dicit Dominus Deus: Vr pastoribus Israel, qui pascunt semetipsos: nonne greges a pastoribus pascuntur? 3. Lac comedebatis, et lanis operiebamini, et quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pasciebatis. 4. Quod infirmum fuit non consolidasti, et quod agrotum non sanasti, quod contractum est non alligasti, et quod abjectum est non reduxisti, et quod perierat non quiesceisti: sed cum austeritate impetrabatis eis, et cum potentia. 5. Et disperse sunt oves meæ, eo quod non esset pastor: et facti sunt in devoracionem omnium bestiarum agri, et dispersæ sunt. 6. Erraverunt greges mei in Iunctis montibus, et in universo colle exciso: et super omnem faciem terra dispersi sunt greges mei, et non erat qui requireret, non erat, inquam, qui requireret. 7. Propterea, pastores, audite verbum Domini: 8. Vivo ego, dicit Dominus Deus; quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, et oves meæ in devoracionem omnium bestiarum agri, eo quod non esset pastor; neque enim quiescerunt pastores mei gregem meum, sed pascobant pastores semetipsos, et greges meos non pascabant. 9. Propterea, pastores, audite verbum Domini: 10. Hac dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, et cessare faciam eos ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos: et liberabo gregem meum de ore eorum, et non erit ultra eis in escam. 11. Quia haec dicit Dominus Deus: Ecce ego ipsa requiram oves meæ, et visitabo eas. 12. Sicut visitat pastor

(1) Quæ jam sequuntur vaticinia usque ad cap. XI. nullam habent temporis notam appositam. Cum verum quod inde a capite XI. decurrit vaticinum, editum sit anno deportatio Jechonias vigesimo quinto, illi vaticinia, que hisce sex capitibus continetur, inter annum deportationis *desiderium*, quo superioris vatici-

nium (XXXI, 21) editum legimus, et inter annum vigesimum quintum, quem adscriptum habet cap. XI, locum assignandum censem Lightfoot in *Chronol. vet. Test.* in Iugis Oper. vol. I, pag. 120.

Paxo igitur, exagitat hoc capite Prophetæ, et pungit illos qui, cum pastoris sibi nomen arrogent, nihil tamen

gregem suum, in die quando fuerit in medio ovium suarum dissipatarum: sic visitabo oves meas, et liberabo eas de omnibus locis, in quibus disperse fuerant in die nubis et caliginis. 13. Et educam eas de populis, et congregabam eas de terris, et inducam eas in terram suam: et pascam eas in montibus Israel, in rivis, et in euctis sedibus terra. 14. In pascuis uberrimi pascam eas, et in montibus excelsis Israel erunt pascua eorum: ibi requiescent in herbis virentibus, et in pascuis pinguisibus pascentur super montes Israel. 15. Ego pascam oves meas: et ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus. 16. Quod perierat requiram, et quod abjectum erat reducam, et quod contractum fuerat alligabo, et quod infirmum fuerat consolabo, et quod pingue et forte custodiam: et pascam illas in judicio. 17. Vos autem greges mei, haec dicit Dominus Deus: Ecce ego judico inter pecus et pecus, arietum et hircorum. 18. Nonne satis vobis erat pascua bona depasci? insuper et reliqua pascuarum vestrarum concutias pedibus vestris: et cum purissimam aquam bibetis, reliquam pedibus vestris turbabatis. 19. Et oves meæ his, quæ concutata pedibus vestris fuerant, pascabantur: et quæ pedes vestri turbaverant, haec bibebant. 20. Propterea haec dicit Dominus Deus ad vos: Ecce ego ipse judico inter pecus pingue et macilenta: 21. pro eo quod lateribus et humeris impingebatis, et cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras: 22. salvabo gregem meum, et non erit ultra in rapinam, et judicabo inter pecus et pecus. 23. Et suscitabo super eas pastorem unum, qui pascat eas, servum meum David: ipse pascet eas, et ipse erit eis in pastorem. 24. Ego autem Dominus ero eis in Deum: et servus meus David princeps in medio eorum: ego Dominus locutus sum. 25. Et faciam cum eis pacatum pacis, et cessare faciam bestias pessimas de terra: et qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus. 26. Et ponam eos in circuitu collis mei, benedictionem: et deducam imbre in tempore suo: pluvia benedictionis erunt. 27. Et dabit lignum agri fructum suum, et terra dabit germinem suum, et erunt in terra sua absque timore: et scient quia ego Dominus, cum contrivero catenas jugi eorum, et ertero eos de manu imperantium sibi. 28. Et non erunt ultra in rapinam in gentibus, neque bestiae terre devorabunt eos: sed habitabunt confidenter absque ullo terror. 29. Et suscitabo eis germinem nominatum: et non erunt ultra imminuti fame in terra, neque portabunt ultra opprobrium gentium. 30. Et scient quia ego Dominus Deus eorum cum eis, et ipsi populus meus dominus Israel: ait Dominus Deus. 31. Vos autem greges mei, greges pascue meæ, homines estis: et ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus.

2. Vix — id est, aeternum exitium ois intentio: « Tot mortibus, ait S. Gregorius, Prelati digni sunt, quod ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. »

PASTORIBUS — tum laici, uti sunt reges, principes, magistratus; tum sacris, uti in veteri Testamento erant pontifices, scribe et sacerdotes: jam sunt episcopi et parochi (1).

QUI PASCEBANT SEMETIPSOS — lacte et carnibus gregis mei, id est qui sua, non gregis, commoda et lucra querebant; cum boni pastoris sit gregem sibi commissum, non seipsum, pascere. Unde explicans subdit:

(1) Ad quos vero pastores litteraliter pertinet hec interpretatio prophetæ, sic explicat Abaranel in libro qui inscribitur: *Prote salutis*. Meminerat vates supra (xxx, 21), duodecima captivitas Jechonias anno venisse ad se quemdam, qui evaserit Hierosolymam, multumque attulisse, captam esse urbem et flammam consecrataam. Unde vaticinum praescens contra peccatores Israelitæ, qui causa devastacionis Hierosolymam fuere, ut et aduersus reges Judee, qui captivitatem Israelitarum suis sceleribus adduxere, pronuntiandum divinitus obtulit Nostro, quo mala illorum facta, una cum corrupti imperii forma describit, ob quam ab ipsis auferendum erat regnum.

3. LAC COMEDERATIS, ET LANIS OPERIEBAMINI. — Per lac et lamam intelligit fruges et opes subditum, quas exhaustabant falsi et facti, immo picti pastores. Noster et Septuaginta legentes: בְּנֵי chalab, vertunt lac; iam Hebrei alii punctus legentes בְּנֵי cheleb, vertunt, adipem, sive pinguedinem, q. d. Pinguisima gregis vorabatis. Verum Noster melius legit chalab, id est lac: grex enim haec tria prestare solet pastori, scilicet lac, lamam, carnes. Per lac apposite Maldonatus accipit stipendum pastorum; pastor enim suo iure lacte gregis vescitur, ut ait Apostolus *1 Cor. ix, 7 (1)*. Lana est quidquid preler sua salaria, spoliates populum, accepiebant. Lana enim vel est ovina, vel hori et domini earum, non pastoris. Pastores o can detondens, vel ovies, vel herum ro sua dispoliat. Carnes sunt haereditates, quas per fraudes, iniqua iusticia et hominibus captabantur. Unde subdit: «Quod crassum erat occidebatis», &c. Audi S. Augustinus, tract. *De Pastor.* tom. IX, cap. II et III: «Accipiunt, ait, pastores sustentationis necessitatibus a populo, mercede dispensationis a Domino. Non enim est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate Evangelii servant; non exceptent illi mercedem, nisi unde et isti solent. Quid ergo isti increpantur, unde arguantur? quia cum lac sumerent, et lani segerent, ovies negligebant. Qui præbat lac, victum præbat; qui præbat lanam, honorem præbat. Ista sunt duo quae a populis queruntur, qui seipso passuntur.»

QUOD CRASSUM ERAT OCCIDEBATIS, — divitibus mortem inferebatis, ut eorum divitias raperatis. Audiant has Propheta minas Ecclesiastici, pastores et prelati illi, qui ex beneficio proventibus lucis inhantes, arcarum opes querunt, non animarum; qui beneficia beneficis, pensiones pensionibus accumulantes, questurunt potius sunt, quam beneficiari. Nonne ita detondes, tonsurasque et nudas alias missellas pascendas relinquunt, qui Pastoratus, Canoniciatus, Episcopatus resurgent in aliis, ac fructus pene omnes sibi reservant; ut, si aureos mille annet det beneficium, ipsi ducentos vel trecentos cum eo resigant, sed octingentes ceteros sibi praetexte pensionis reservent. Nonne hos directe jaculo suo ferit et configit hic Deus, dicens: «Vie pastorum Israel, qui pascebant semitipsos: lac comedebatis, et lanis operiebamini, et quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascbatis?» Nonne in hoc detonat Jeremias, cap. vi, 13: «A minore usque ad maiorem omnes avaricie student, et a Propheta usque ad sacerdotem cuncti facient dolum?» Et Isaías, cap. LXI, 11: «Ipsi pastores ignorarunt intelligentiam, omnes

(1) Sed hi pastores modum non servabant, ut ait Virgilius, *Elog. III, 5, 6.*

Hic alienus ovies custos his mulget in hora,
Et succus pecori, et la subducit agnus.

in viam suam declinaverunt, unusquisque ad avaritiam suam. » Sanctio prisca Ecclesie est, «beneficium dari propter officium.» Quomodo ergo hi beneficii commoda et lucra captant, qui officium non prestant, sed illud in alum transfrunt? Hecce fuit mens fundatorum Ecclesie, alere homines in ea nihil agentes et otiosos? Nonne, si ad nos redirent, protestarentur (imo jam in celo, aut in Purgatorio degentes protestantur) sua legata et testamenta reverti, se sua bona legasse Ecclesie ad alendos pastores et ministros, qui re ipsa per se fidèles Christi docerent, pacerent, regerent, non ut iis alii, qui nihil Ecclesie sua conferunt, fruerentur et distescerent? Nonne Dei hominumque fidem implorarent, ut hie quislibet ipsi ea legarunt, restituissent? Ingens sane haec est iniquitas, *primo*, in Deum et Christum: Christi enim patrimonium, Christi Ecclesie ministrantibus deputatum, ab iis avertitur, et in extraneos, non ministrantibus, transferatur.

Secondo, in Ecclesiam quamque particularem, sicut hinc suis praeventibus spoliavit, ac proxime doctos et insignes pastores et ministros mancipi nequeunt; sed pauperes, miseros, quia et ignorantes et imidoicos, qui quodlibet stipendium acceptant, at vivant. Quod si quando deus nancieretur, illi pro dignitate officium admisstrare, immo vivere nequeunt.

Tertio, in populum et fideles, qui ab hisce missellis ita erudit, corrigi, formari et dirigi vivi christiana nequeunt, uti a doctis et cordatis eridentur et dirigenterentur. Quare multorum saltus periclitatur, imo de facto multi pereunt et dannantur ministrorum Ecclesie ignoranti, inexpientia, incuria; qui salvati fuissent, si ministros dignos, quales poserant opes Ecclesie, nesciissent. An non hase animas Christus in die iudicii requiet ab hisce lucerionibus?

Quarto, in ipso fundatores, quorum ultima voluntas, ipsaque legata et donationes eventurunt, ut dixi. Ipsi enim rogati dicent aliam apertos fuisse suam mentem, nunquam se in hasce pensiones, imo lacerationes et destructiones sursum oblationum consenserunt, nunquam consenserunt.

Quinto, in Canones omnes antiquos, qui haec pensiones vetant, statimque ut non nisi justa et gravi de causa, preseruent bene de Ecclesia meritis et emeritis assignentur, idque, ut habet communis mos, ea proportione, ut tercium frumentum benefici partem non superent.

Sexto, in Ecclesiam universalem, qui inq-ns datur scandalum. Rident et subsumunt liceat, sicnebti vident hasce avaritiae in prelatis Ecclesie mundanizationes. Germunt fides. Clerici imitantur, ut pastorum et prelatorum exempla sectantur, ac pensionibus similibus inhient.

Septimo, in Episcopos et Patres omnes prisicos et sanctos, quorum sanctiones, vita et exempla violantur. Ille lucra, has pensiones non sectatus

est, immo in nullo suorum admisit S. Augustinus, qui, teste Possidonio, in episcopatu non opes, sed animas quesivit, ideoque opes suas in pauperes erogavit. Non S. Gregorius, cuius liberalitatem et elemosynas deprecavit Ecclesia Romana. Nou S. Ambrosius, non S. Chrysostomus, non Basilicus, secuti sumus te. » Quomodo hi relinquunt non omnia, sed sua, qui inhiant alienis? *Auctor.* in, 6 S. Petrus ait claudio petenti elemosynam: « Argumentum et aurum non est mihi; quod autem habeo, hoc tibi do. » Ait per hoc meritus est in quod ait S. Augustinus in *Psalm. ciii*, dicens: « Prorsus totum mundum dimisit Petrus, et totum mundum Petruscepit: quasi nihil habentes, et omnia possidentes. » Quomodo haec dient S. Petri asseculari et discipuli, qui immodece aurum auro, pensionem pensioni, beneficium beneficio, ac quasi terram terre accumbulant? Merito de his queatus est S. Bonifacius Germanicus apostolus, et in Frisia martyris anno Christi 735, atque ex eo Concilium Triburicense, cap. xviii, et habetur *De conser. dist.* I, cap. *Vasa quibus*: « Olim, inquit, sacerdotes arietie celebrabant in vasis ligneis, nunc sacerdotes lignie celebrant in vasis aureis. » Et S. Gregorius, hom. 17 in *Evang.*: « Pensate, ait, fratres, quantæ damnationis est, sine labore percipere mercedem laboris: quanti criminis peccatorum prelia acciperet, et nihil contra peccatum predicando dicere. » S. Hieronymus in illud *Ezech. xxii*: « Princeps ejus in medio ejus, quasi lupi rapientes predam, ad effundendum sanguinem, non corporum, ait, sed animalium; ut avare sectentur lucra, nequam illo contenti: qui servient altari, vivant de altari; sed postquam ad ministerium Dei accesserint, Cresci divitias congregant. »

S. Bernardus, serm. 10 in *Cant.*, acriter in eos invelitur, qui cum sint de Crucifixi patrimonio, nimium incrassati, impinguati, dilatati, animorum salutem vel ruinam nihil estimant: « Qui, inquit, Christi opprobria, sputa, flagella, clavos, lanceam, crucem et mortem, haec omnia in fornace avaritiae confant, et profligant in acquisitionem turpis questus, et preium universitatis suis marsupiis includere festinant. » Vide eundem, epist. 2, ubi de his inter alia dicit: « Quidquid præter ecclesiasticum victimum, ac simplicem vestimentum de altari retinet, tum non est, rapina est, sacrilegium est. » S. Nazianzenus, *Apolog.* I: « Spiritualis omnis prefectura, ait, finis est, privata utilitate neglecta commodis aliorum inservire. »

Hoc, ut alios taceam, præstitit hoc seculo S. D. N. Gregorius XIII, qui opes Ecclesie in Ecclesie utilitatem et salutem animalium erogavit: excitavit et dotavit Collegia ad viginti tot milia pauperum intra urbem et extra aluit, ut Cardinalis Baronius, tom. II, anno Chr. 172, narret ei erectam Romanis statuam in Capitolo, cum has inscriptione: « Sesterium octingentes, singulari beneficii in egeno distributum, » id est vicies centena aurorum milia. Alexander V, qui ex ordine S. Francisci evectus est ad Pon-

ticeatum, adeo liberalis et effusus in pauperes fuit, ut diceret « se divitem Episcopum fuisse, pauperem Cardinalem, mendicem Pontificem. » Vide S. Chrysostomum, homil. 38 in S. Matth.

Denique inter alia de pensionibus ita sancti Tridentinum, sess. XXIV, cap. xii: « Omnes cathedrales Ecclesie, quarum redditus summan ducatorum mille; et parochiales, quae summam ducatorum centum non excedunt, nullis pensionibus, aut reservationibus fructum graventur. » Hinc a pari vel simili collige cetera: et Concilium Lateranense sub Innocente III, cap. xxviii, graviter sancti, ut quibuslibet Ecclesias deserueritibus, eliam vicariis, congrua fructum portio assignetur, ex qua honeste juxta statutum vivere possint. O alterna veritas, vera sanctitas, sancta felicitas! illumina tenebras nostras, aperi oculos mentis nostre, ut nulla nos seducat, nulla inquiet, nulla condemnet phalangyris vanitas. Ea aspirat dies et lux tua, ut inclinetur umbra. Infunde cordi nostro iustitiam, ut que Ecclesiae sunt, Ecclesie; que Dei sunt, Deo reddamus. Infunde continentaliam, ut medico (pro modica enim via hujus vita modico opus est viatico) victus et amictus contenti, sobrie, juste et pice vivamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem et adventum glorie magni Dei. Infunde religionem et pietatem, ut non Mammonae iniquo, sed ubi Dominio nostro serviamus in sanctitate et justitia omnibus diebus nostris. Infunde charitatem, ut animam magis diligamus quam carnem, ut pauperes et inopes magis amemus quam aurum et opes. Infunde sapientiam, ut veras divinas ambiamus et coaceverimus, que nobiscum perennent in celis, non vanas et mox perituras in terris. Da nobis sic transire per bona temporalia, ut non amittamus eterna. Da ut domos, nomen et familiam construamus non apud homines brevi mortuiores, sed apud te et S. Angelos, beatos et gloriosos, que in omnia saecula durent et aeternent. Da ut simus sal terre, et lux mundi: ut exemplo magis quam verbo omnnes trahamus ad te, eosque doceamus re ipsa conlunare terrena et amare coelestia, ut in magno illo decoreto mundi die a te judice audire mezeamur: Euge, serbe bone, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constitutum: intra in gaudium Domini tui. Amen.

4. QUOD INFIRMUM, — in Hebreo haec omnia neutra sunt feminina, scilicet infirmas, agrotas, conficias, albectas, errantes non reduxistis: intelligunt enim oves.

5. ARJECTUM, — hebreia נִידָּחַת niddachat, id est propulsim, vel dejectum, v. g. in fossam, vel in avia et devia: perdilam et vagantem ovem intelligit. Unde Chaldeus et Septuaginta, errans non reduxistis. Vide hunc explicantem S. Gregorium, Il. part. Pastor, cap. vi, in fine, ubi sic ait: « Abjectum reducitur, cum quisque in culpa lapsus, ad statum justitiae, ex pastoralis sollicititudinis vi- gore revocatur. Fracturam vero ligamen astringit,

cum culpam disciplina deprimit, ne plaga usque ad interium defluat, si hanc distinctionis severitas non concusat. Sed sepe deterior frangitur, cum fractura inaequa colligatur, ita ut gravius sciuram sentiat, si hanc immoderatus ligamentum constringat. Unde necesse est ut, cum peccati vulnus in subditis corrigitur, magna se sollicitudine etiam distractio ipse moderetur: quantum sit iura disciplina contra delinquentes exercitat, ut piastis visera non amittat. Curandum quippe est ut rectorem subditis et matrem pietas, et patrem exhibeat disciplina: ne ait non distractio rigida, aut pietas sit remissa. » Pulchre S. Clemens singula haec explicans, lib. II Constit. Apost. cap. xix: « Episcopus, inquit, tanquam filios diligat laicos, fovens eos tanquam ova ad acquirendum pullos, aut tanquam pullos sinu eos complectens, ad acquirendum gallinas, etc. quod forte est custodiens, id est quod firmum est in toto servans, populum pacifice pascentem: quod vexatum est firmans, hoc est, eum qui tentat et quatifi, admonitione firmum solidumque efficiens: quod aggreditur est curans, id est eum qui ex fide aggredit ambigendo, huic caritatem adhibens docendo: quod contritum est alligans, id est errantem, aut quassatum, aut peccatis confactum, ita ut in via claudatur, monitione horatoria vincens, et ex delictis deponans, et bona spe esse jubens: quod ejectum est converte, id est eum qui in peccatis fuit, et ut objurgaretur ex Ecclesia ejectus est, ne sis foris permane, recollige ut sic in oville restitus, etc.; neque sinus atque despatr: Impietates nostrae in nobis, et non in ipsis liquescimus, et quomodo vivemus? »

Illustra haec in re exemplum dedit S. Augustinus, versus Ecclesie Hippomensis pastor, ut patet ex ejus homilia. Audi eum hom. 26 inter 30: « Me inquit, putate matrem esse animarum vestiarum et ita vos vobis componere (sicut mater filiam propriis manibus componit et ornat), ut in vobis nec macula, nec ruga possit ante tribunal aeterni iudicis apparetur. Animabus enim vestris non solum ornamenti, sed etiam medicamenta desiderans provide, studeo dissuta consuere, consissa sarcire, vulnerata curare, abluere sordida, reparare peritura, et ea que sunt integra spiritualibus marginis ornare. »

POTENTIA. — sevitia, q. d. Tyrannice (1).

6. ERRANTER GREGES BEI IN CUNCTIS MONTIBUS, — tum confugiendo ad idola in montibus; tum fugiendo sevitiam principum; tum quia desidia et malitia pastorum traditi sunt hostibus Chaldeis, a quibus partim abduci, partim dispersi sunt, fugientes et errantes per sylvas et montes.

10. ECCE EGO IPSE SUPER PASTORES (Chaldeus: :

(1) Eadem fere verba adhibet quibus tyrannica Egyptiorum dominatio describitur, Exod. I, 13, 14. Ceterum hic non nihil recedit a metaphora, dum a pastore sermonem ad tyrannum traducit, quod in longa praesertim allegoria, frequenter accidit.

Super gubernatores mittam furorum meum, vel super pastores, id est a pastoribus) REQUIAM GREGEM INQUAM (requiram, inquam) DE MANU EORUM, — q. d.

Rationem exigam, our grex sit perditus et dispersus, ejusque necem et damnam exigam a pastoribus.

UT ULTRA NON PASCANT. — Scilicet per Esdram, Nehemiam, etc., se magis per Christum et per Apostolos, Deus veteres scribas et sacerdotes offici pascenti privavit.

NON ERIT ULTRA EIS IN ESCAM, — ut devorent gregem meum.

11. ECCE EGO, etc., VISITATO (hebreia בְּבִירָתִי, id est queram) EAS, — scilicet oves, minimum Iudeos in captivitate Babylonica vagantes et errantes quasi oves, per Zorobabel, Esdram, Nehemiam et alios in Iudeam reducam, ut ibi eos pascent et regant iuxta legem Mosis.

Allegorice, fideles, quasi oves meas, pascent per Christum, Ad Christum enim sensim assurgit Propheta. Unde vers. 23 de eo ad litteram loquitur.

Nota et visitabo. Nam pastorem et herum monet Sapiens, Prov. XXVII, 23, dicens: « Diligerat agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. » Refert Aristoteles, lib. I Econom., Persum rotugam, quid maxime saginare equum, respondisse: « Oculum domini. » Afrum vero rogatum, quodnam in agro esset stercus optimum, respondisse: « Domini vestigia. » id est in agro ambulatio et presentia. Sic ad saginandas oves rationales, et secundum agrum Ecclesie, plurimum valent pastoris vestigia et oculis id est cognitio et presentia. Id significat ipsum nomen pastoris et Episcopi. Pastor enim a pascendo dicitur;

infelix idem est quod speculator. « Episcopus, » inquit Chrysostomus, hom. I 10 in ad Timoth., « ex eo dicitur, quod omnes inspicat, cunctaque speculator. » Talis Episcopus et speculator hoc secundo fuit S. Carolus Borromeus, qui diligenter omnes suas paroecias et populos, etiam per rupium et montium abdita, hieme et estate obivit et visitavit, cum singulis agens, singulos doceans, instruens et dirigens in viam salutis. Ver dicti vir sapiens: « Præsul, ut presit et prosit suis, ab his non absit. » Haec luna, licet minima pene sit stellarum, præ omnibus tamen in terra hec influat, eaque moderatur, quia vicina et citema est terre.

12. IN DIN NURIS ET CALIGINIS, — id est tempore calamitatis et capitivitatis (1).

13. EDUCAM EAS DE POPULIS, — ex captivitate Babylonica; item ex Amon, Idumea, Egypto, Fornia, Media, quo fugientes dispersi sunt, rediunt eos per Esdram ad loca heribunda, amena et fructuosa Judee; et multo magis nationes omnes

(1) Per dies caliginosos seu nubibus obvolutos, maxime reformidat pastor belluarum ferocias incursions.

Inde lupi eas
Raptos atra in nebula quo impedit ventris
(vulgata: *Asneid. II.*)

(2) Quod pingue et forte custodiad. a Hebreus et Chaldeus, disperdam. Sed anteponeenda est versio Vulgata. Loco רְכֵבָן aschemar, custodiad, quod legit Hieronymus, nunc fert Hebreus רְכֵבָן aschemid, disperdam.

est, quod ita sibi invicem et rectorum merita con-
neciantur et plebiū, ut sepe ex culpa pastorum
deterior fiat vita plebiū, et sepe ex plebiū
merito multetur vita pastorum.»

PURISSIMAM AQUAM. — Hebraice *profundam*: que
enim profunda, etiam purissima est.

RELIQUAM PEDIBUS VESTRIS TURBARATIS. — Nota
divites, qui splendide viventes, ea que supererant
perdere malebant, aut canibus et bestiis suis
da., quam pauperibus elargiri. Unum ergo pec-
catum immisericordie loco ceterorum ponit. Idem
facit Christus *Matth. xxv.* 42: «Esurivi, ait, et non
dedisti mihi manducare, » etc.

JUDICO INTER PECCUS PINGUE ET MACILENTUM. —
«Pingue peccus» sunt divites, qui pauperes op-
primunt; «macilenta», sunt pauperes oppressi.
Ita Chaldeus. Alter Maldonatus. «Peccus, ait, pingue» sunt deinceps et eleemosynari, quibus Christus dicit: «Esurivi, et dedisti mihi manducare.
Macilenti sunt aviri et inopes honorum operum,
quibus Christus dicit: «Esurivi, et non dedisti
mihi manducare.»

LATERIBUS ET HUMERIS, — toto corpore et
conatus. Est metaphora a bobus pinguisbus effor-
tibus, qui imbecilles lateribus, humeris et corni-
bus a pascue expellunt. Significat divites omnia
rapuisse, nec quidquam pauperibus reliquum fe-
cisse.

ET SUSCITABO SUPER EAS PASTOREM UNUM, QUI
PASCAT EAS, SERVUM MEUM DAVID. — id est Christum,
cujus pater et figura fuit David, bonus pas-
tor et rex, *I Reg. XVI.* 34, uti et Moses, *Exod. XXXII.*
11, et Jacob, *Genes. XXXI.* 38.

Ita S. Ambrosius, lib. VII, epist. 47: «David,
ait, utique rex jam defunctus erat; et ideo verus
David, verus humilis, verus mansuetus, verus
manu fortis, Dei Filius hoc annuntiatur nomine.»
Ila et S. Augustinus, lib. *De octo Inliciti Questioni-*
bus, Questione V. Quin et Hebrei, test. R. Da-
vid, per pastorem hunc intelligent Messiam. Unde
eum vocat, «pastorem unum.» Hunc enim unum
oppont multi pontificibus veteris Testamenti, qui
multi pari jure sibi invicem succedebant; in
Ecclesia vero unus est pastor et pontifex Christus,
qui Pontifices Romani, non pari, sed vicario jure
succedit, uti docet Apostolus, *Hebr. vi.* 23. Vide
ibi dicit. Sie Isaías, cap. XL, 11, de Christo ait:
«Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio
eo congregabit agnos, et in sinu suo levabit,
etas ipse portabit. Hinc Christus, *Joan. x.* 11: «Ego, ait, sum pastor bonus, et cognosco oves
meas, et cognoscunt me mee.» Porro Christum
vocari David non est novum. Sie enim vocatur
apud *Osee III.* 5: «Post haec reverenter filii Israel,
et querent Dominum: Deum suum, et David re-
gem suum.» Et *Ezeciel. XXXV.* 24: «Servus meus
David rex super eos, et pastor unus erit omnium
eorum.» Et vers. 25: «David servus meus prin-
cipes eorum in perpetuum.»

Nota: Christus dicitur servus Dei Patris, ratione

humanitatis assumptionis. Vide Franciscum Suarez,
III part. *Quæsti. XX.* art. 2, disp. *XLIV.* sect. 1. De-
nique Judei moderni per David accipiunt Zoro-
babel, ducem Babylone redeuntum, sed licet ad
eum alludat, et quasi obiter perstringat Prophetæ;
tamen haec tam augusta proprie soli Christo com-
petunt.

FACIAM CUM EIS PACTUM PACIS. — Id fecit Christus,
cum dixit *Joan. XIV.* 27: «Pacem meam re-
linquo vobis; » cumque instituit novum Testa-
mentum. Hoc enim totum est testamentum chari-
tatis eius.

ET CESSARE FACIAM BESTIAS PESSIMAS, — id est vi-
tia, et hominum malorum ac deemonum potes-
tam, q. d. Auferam deamonem potestatem, quam ha-
bit in homines.

PONAM EOS IN CIRCUITO COLLIS (Chaldeus, san-
ctuarium, vel templo, id est Ecclesie) BENEDITIONEM,
— ut sint benedictio, id est benedictio, id est felices
et fecundi. Faciam scilicet, ut omnia prospere,
salutifere et feliciter eis succedant.

PLUVIE BENEDICTIONIS (id est pluviae fertilitatis et
fecunditatis, id est utilis, non nociva) ERUNT, — q. d.
Dabo eis doctrinam Evangelicam, que quasi
pluvia animos, quasi arbores vel agros et terram
irrigabit, virtutum fructus producit et alet ad
aeriferum.

CUM CONTRIVERO CATENAS JUGI EORUM, — quod scilicet demon et peccatum impunit hominibus

Et ERUERO EOS DE MANU IMPERANTUM SIBI, — de
potestate diaboli, carnis, mundi, peccati. Hebrei,
de manu Chaldeorum : atque eo alludit, ut dixi.

SUSCITABO EIS GERMIN NOMINATUM, — id est
nobis; Septuaginta, *plantam pectoris*; Chaldeus,
plantationem ut permaneant, q. d. Suscitaro eis celebrem plantam, scilicet Christum et populam
christianam; Hebrei, *plantam in nomine*, id est,
que pariet eis nomen et famam. Christianus intelligit,
a cuius nomine appellandi erant Christiani,
qui toto orbe, scilicet in celo et in terra, futuri
erant celebres in omne ævum. Planta significat
Deum factum hominem, ait *Vatablus*. Sio *Zachar.*
iii, S. *Christus* vocatur «Oriens, » hebreus *pes*
Israhel, id est germin.

Nota: Germinus hoc nominatum, quod ex imbre
colesti et benedicto, uti praecessit, programmat
est Christus; sed multipliciter.

Nam, primo, ipse, irrörante spiritu Sancto ex
Virgine, quasi germin perum conceptus et natus
est; ut nos, quasi oves, seipso, quasi germine,
pascet. Hoc est quod canimus ex S. Ambrosio in
Officio Ecclesie :

Christusque nobis sit cibus,
Potusque nostra sit fides,
Leti bibamus solem
Eborietatem spiritus.

Secundo, in Eucharistia Christus nobis oculata,
non tantum est pastor, sed et germen, id est ci-
bus. Unde de eo ait *Zacharias*, cap. IX, 17: «Quid

enim bonum ejus est, et quid pulchrum ejus, nisi
frumentum electorum, et vinum germinans vir-
gines? »

Tertio, Christus sua doctrina et gratia, quasi
Imbre suscitat in mente, id est in intellectu et vo-
luntate nostra, pia et sancta germina, puta sanctas
inspirationes virtutum, ut iis pasti et roborati
nullam in spiritu famem sentiamus : sed nutri-
musr, crescamus, et proficiamus in virtutem per-
ficiamur, et immortali eternitatem plenitudinis Christi.

Quarto, Christi germina sunt Apostoli, Mar-
tyres, Virgines, quorum exemplis, quasi germinibus
nos pascit, ut easdem virtutes zoli, patientie, marty-
rii, virginitatis et castitatis imbibamus, hauriamus
et induamus. Horum enim exempla nobis
sunt germina, id est nutrimenta et incitationa
virtutum.

Ergo,

Iesu pius, pastor bone, panis vero,
Tu nos pasc, nos tuere,
Tu nos bona fac videre
In terra vivendum.

NON ERUNT ULTRA IMMUNITI (id est consumpti)
FAME IN TERRA, — q. d. In Ecclesia non derit vera
doctrina, que animam pascat, non erit famas
verbi Dei, non ministrer proper hanc famam
fidelium numerus, fame non morientur, uti ante
Christum factum est.

GENTIUM, — a gentibus.

31. PASTORE AUTEM. — Est inversus ordo, sic in rec-
turn invertendum: Vos, o homines! estis greges
mei, et oves pascae mee. Explicat superiorum
allegoriam, q. d. Quix dixi pecora, non bruta, sed
homines sunt, et pastor uester ego sum dominus
Deum uester (*I*).

Hoc est cap. locus moralis de pastorum Ecclesiæ
munere, dignitate, virtutibus. De quibus audi-
primo, Christum discipulos suos, futuros pastores
formantem, *Matth. v.* 13: «Vos, inquit, estis sal-
terre. Quod si sal evanuerit, in quo saliatur? ad
nihil valer ultra, nisi ut militatur foras, et con-
cultur a hominibus. Vos estis lux mundi, etc.
Si lucet lux vestra coram hominibus, ut videant

(1) Quid sibi velint haec verba dissident. Communior
sententia est, explicari his verbis allegoriam, et clarius
exponi, quia dicta prius fuerant obscuriss. Ita Hierony-
mus, quasi dicat: la grege homines, in pastore me ip-
sum intelligo. Alii credunt homines dici, quia, ex quo
Deum pastorem habent et magistrum, pacates esse
desinat, et permane. *Itius modo*, quam belluno vi-
tent, simili sententia, *Psalm. XXXI.* 9. Juxta Rosemuller,
verba eo potius tendere videantur, quod cum plur
pollicetur esset Deus, que non vidolatur assiqui posse
infirmitas humana, ut, quod nihil timendum esset a
terris, nihil ab hominum rapinis, et alia; iam Deus
ostendat, non ab homine, vi industria roborare illa ex-
spectanda esse, sed a Deo. Quasi dicat: Nesciis illa
vestra solertia ea viribus faendum est; quid enim ab
humana virtute, qualis est vestra, sperari possit ex-
suum? Ego, Deus vester, pro vobis qui meus es sis
ipse praestabo.

opera vestra bona, et glorificant Patrem vestrum,
qui in celis est. »

Secundo, S. Paulus vivam veri pastoris effigiem
in seipso depingit octo virtutibus, quasi coloribus,
i *Thessal. II.*, ut ibi dixi in synopsi capituli.
Idem facit *Auctor. XX.* 28, et *I Cor. II.* 3 et seq., et
Epist. II. cap. 1, vers. 2 et seq., item cap. IV ad
Ephes., denique totis epistolis ad *Timoth.* et ad
Titum.

Tertio, S. Petrus, *epist. I.* cap. V, vers. 2: «Pas-
tore, inquit, qui in vobis est gregem Dei, pro-
videntes non coacte, sed spontane secundum
Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntarie;
neque ut dominantes in cleris, sed forma facti
gregis ex animo; et cum apparuerit princeps pas-
torum, percipiet immarcessibilem gloria coronam. » Ex quibus verbis elicias hosce sex cano-
nes:

I. Qui pastor es, gregem pascito sponte.

II. Pastor gregem non sum, sed Dei esse co-
gitato.

III. Pastores non lucrum, sed animas querunto.

IV. Pastores alienum gregem non invadunto;
nec in suum dominantur: obsequentes tenuor;
rebellas resecant. Nam, ut ait Poeta :

Cuncta prius tentanda, sed immundicabile vulnus
Ense recidendum, ne pars sincerata trahatur.

V. Pastores Ecclesiam verbo, et sancte vita
exemplis gubernant.

VI. Pastores ideam veri pastoris Christi, et con-
ronant ab eo promissam jugiter sibi proponunto.
Qui haec non cogitant, nec curant, et tamen pas-
tores esse, aliquos regere volunt, tam se quam
allegoriam, q. d. Quix dixi pecora, non bruta, sed
homines sunt, et pastor uester ego sum dominus
Deum uester (*I*).
Est hoc cap. locus moralis de pastorum Ecclesiæ
munere, dignitate, virtutibus. De quibus audi-
primo, Christum discipulos suos, futuros pastores
formantem, *Matth. v.* 13: «Vos, inquit, estis sal-
terre. Quod si sal evanuerit, in quo saliatur? ad
nihil valer ultra, nisi ut militatur foras, et con-
cultur a hominibus. Vos estis lux mundi, etc.
Si lucet lux vestra coram hominibus, ut videant

(2) Nazianzenus, orat. 21 in laudem S. Atha-
nasti, in eo illustrum pastoris imaginem exhibet:
«Athanasius, inquit, primo, vita sublimis erat,
verum animo humili; secundo, ea virtute predi-
cus, ut nemo ad eam aspirare posset; tertio, ea
comitate, ut ad ejus congressus facilis omnibus
asset aditus; quartu, mansuetus, et ab ira alienus;

quinto, ad miserationem propensus; *sesto*, sermone iucundus, moribus iucundior; *septimo*, facie angelicus, animo magis angelicus; *octavo*, in inreundo placidus, in crudendo vim habens; sic utrumque temperans, ut increpatio paternam charitatem, et laudatio imperio gravitatem dignam obliteret; nec aut mollities dissoluta, aut severitas rigida et letifica esset; quin potius illa facilitatis et benignitatis, haec prudentie nomen haberet, utraque vero prudenter laudem consequeretur. *nono*, ita se comparans, ut nec sermone, propter mores abunde ad instructionem sufficiens, magnopere opus haberet; nec rursum propter vim facultate dicendi, virga admodum egeret: sectione porro multo minus, ob virginam immoderate ferientem.

Quinto, S. Gregorius Pontifex scriptis librum *De Pastorali cura* in tres partes divisum, dignum qui a pastorum Ecclesiae saepè legatur, in quo inter alia ait: « Ars artum est regimen animarum. Pastor ergo, *primo*, cogitatione sit mundus; *secondo*, operatione precipuus; *tertia*, discretus in silentio; *quarto*, utilis in verbo; *quinto*, singulis compassione proximus; *sexta*, pra cunctis contemplatione suspensus; *septima*, bene agnitus per humilitatem socius; *octavo*, contra delinquentium vita per zelum justitiae creucus; *nono*, internorum sollicitudine non relinquent; *decimo*, ne placere suo studio hominibus appetat; sed tamen ad quid placere debet intendat: hypocritas prudente dignoscat; *undecimo*, in eo sit discreto correctionis, dissimulationis, fervoris et mansuetudinis; *dodecimo*, praecepit sacra legis meditationibus intentus esto; *decimo tertio*, in applicatione verbis Dei ergo oves Dei sibi commissas, totus esto; *decimo quarto*, sciat alter adulmonados esse viros, alter feminas; alter juvenes, alter senes; alter divites, alter pauperes; alter leatos, alter tristes; alter subditos, alter prelatos; alter servos, alter dominos; *decimo quinto*, graviora vita praecepit persecutur; *decimo sexto*, infirmis mentibus abstrusa non proponat; *decimo septimo*, et maxime, non voce tantum, sed et opere gregem in fide, spe et charitate contineat.»

Sexto, S. Bernardus in *Vita S. Malachia*, eum ut verum exemplarum pastorum proponit; ubi inter extera de eo ait: « A die primo conversionis sua usque ad extremum vitæ, *primo*, sine proprio vixit, etiam in Episcopatu, adeoque domum propriam non habuit; *secondo*, incessanter circumibat parochias omnes, Evangelio serviens, et de Evangelio vivens; *tertio*, frequenter ip-um Evangelium sine sumpta ponens, de laboribus suis euorunque vivebat; *quarto*, si interdum quiesceret oportet, in sanctis hoc faciebat locis, illorum se conformans moribus et observantias, communis contentus vita et mensa; *quinto*, cum exiret ad

predicandum, cum pedestibus pedes et ipse ibat Episcopus et Legatus. Deinde illum comparans cum presbiteris et clericis et mercenariis sui et hujus seculi: « *illi*, inquit, *primo*, dominantur in clero: iste dum esset liber ex omnibus, omnium se servum fecit. *Secondo*, *illi*, aut non evangelizantes manducant, aut evangelizant ut manducent: Malachias imitans Paulum manducat, ut evangelizet. *Tertio*, *illi* fastum et questum estimant pietatem: Malachias hereditatem sibi vindicat opus et onus. *Quarto*, *illi* felices se credunt, si dilatarer terminos suos: Malachias in dilatatione charitate gloriatur. *Quinto*, *illi* congregant in horrea, et dolla reptent, unde onerent mensas: Malachias colligit in deserta et solitudines, unde implicant celos. *Sexto*, *illi* cum acepiant decimas, primicias et oblationes, insuper et de Cesario beneficio telonia et tributa, et alios redditus infinitos, solliciti nihilominus sunt quid manducent et bibant: Malachias nihil horum habens, multo tamen locupletat de promptuario fidei. Illis nec cupiditas, nec sollicitudinis est finis: Malachias, cupiens nihil, non novit tamen cogitare de crastino. *Septimo*, *illi* a pauperibus exigunt, quod dent divitibus: iste sollicitat divites pro pauperibus sustentandis. *Octavo*, *illi* marsupia vacuant subdolitorum: iste pro peccatis eorum altaria cumulant votis hostisque pacificis. *Nono*, *illi* alta palatia erigunt, turres ac menia ad celos levant: Malachias non habet ubi caput reclinet, et interim opus facit Evangelista. *Decimo*, *illi* equos ascendunt cum turba hominum gratis manducantum panem, et non sum: Malachias septus sanctorum Fratrum collegio pedes circuit, portans panes angelorum, quibus satiat animas esurientes. *Undecimo*, *illi* plebes ne agnoscunt quidem: iste erudit. *Dodecimo*, *illi* potentes et tyrannos hominant: iste punxit.»

Denique S. Bernardus in *Sententiis*: « Pastori, ait, tria sunt necessaria: bonitas, disciplina, scientia. Bonitas altrahit, disciplina corripit, scientia pascit. Bonitas amabilis, disciplina inimicabilis, scientia docibile reddit.» Idem, epist. 243: « Praxis, ait, ut pro�is verbo, exemplo, oratione; sed magis oratione, non plauso, sed planctu.»

Sic et S. Jordanes, secundus *Generalis Patrum Predicatorum*, rogatus quodnam esset suorum officium, respondit trinum esse, illudque a Psalme Psalm. cxviii, tribus verbis recenseri, cum ait: « Bonitatem, et disciplinam, et scientiam doce me. Ergo in pastore ante omnia requiritur vita probitas, que suis exemplo virtutis praebeat. Est hoc S. Eucherii dogma et consilium in *epistola parva*: « Commendo, ait, animo tuo curram anima tue.» Et S. Gregorius, lib. IV epist. 15: « Nomen nos pastoris, non ad quietem, sed ad laborem suscepisse, cognoscite. Exhibeamus ergo in opere, quod signatur in nomine.» Et Gregorius Nazianzenus, *orat.* 21, ineplissimos at-

regimen esse censem eos, « qui alios ante purgant, quam ipsi purgati fuerint. Duorum enim alterum peccato, vel, quia venia ipsi opus habent, ultra modum alios ignoscentes, ut sic vivunt non modo non reprimatur, sed etiam docetur; vel, quia imperii acerbitate vita sua obligunt, ut non mores dignitati, sed dignitas moribus fidem astruat, ordine admodum proposito.» Tertullianus, lib. *De Patient.*: Dicit, ait, factis deficientibus, erubescunt. S. Hieronymus, epist. 2: « Non confundant opera tua sermonem tuum, ne, cum loqueris, tacitus quilibet responderet: Cur ergo haec que dicas, ipse non facis?» Idem, *ad Princip.*: « Erubescit quanvis praetara doctrina, quam propria reprehendit conscientia.» Rursus S. Gregorius Nazianzenus *orat.* 33: « Cur, inquit, manibus vinctis lingua armamus? Nec enim qui in sermone sapiens est, hoc mihi sapiens est; sed is, qui pauca quidem de virtutibus verba jacit, ceterum per ea que agit, multa demonstrat: ac fidem et auctoritatem sermoni sui per vitam conciliat. Prestans siquidem meo iudicio est pulchritudo ea, que oculis cernitur, quam que sermone pingitur; et sapientia, que per opera demonstratur, quam qua oratione nitit et splendet.» Rursus S. Gregorius, lib. XXI *Moral.* cap. viii, loquens de meretrice, que dormiens oppresserat filium,

CAPUT TRIGESIMUM QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Predicit excidium Idumaeorum, eo quod Iudeos semper direxerant, ac nominatae eo quod exultarunt in Hierosolyma excidio, ejusque cives a Hierosolyma affligerent, ac terram eorum invaserint. Idem est argumentum prophetia Abdia.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: 2. Fili hominis, pone faciem tuam adversum montem Seir, et prophetabis de eo, et dices illi: 3. Hic dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te mons Seir, et extendam manum meam super te, et dabo te desolatum atque desertum. 4. Urbes tuas demoliar, et tu desertus eris: et scies quia ego Dominus. 5. Eo quod fueris inimicus sempiternus, et concluseris filios Israel in manus gladii in tempore afflictionis eorum, in tempore iniurias extremæ. 6. Propterea vivo ego, dicit Dominus Deus: quoniam sanguini tradam te, et sanguis te persequetur: et cum sanguinem oderis, sanguis persequetur te. 7. Et dabo montem Seir desolatum atque desertum: et auferam de eo eunterum, et re-creante. 8. Et implebo montes eius occisorum suorum: in collibus tuis, et in valibus tuis atque in torrentibus interfici gladio cadent. 9. In soliditatem sempiternas tradam te, et civitates tue non habitabuntur: et scitis quia ego Dominus Deus. 10. Eo quod dixeris: Due gentes, et duo terræ meæ erunt, et hereditate possidebo eas: cum Dominus esset ibi. 11. Propterea vivo ego, dicit Dominus Deus, quia faciam juxta iram tuam, et secundum zelum tuum, quem fecisti odio habens eos: et notus efficiar per eos cum te judicavero. 12. Etsi scies quia ego Dominus audivi universa opprobria tua, que locutus es de montibus Israel, dicens: Deserti, nobis ad devorandum dati sunt. 13. Et insurrexis super me ore vestro, et derogasti adversum

mea verba vestra : ego audivi. 14. Hec dicit Dominus Deus : Letante universa terra , in soliditudinem te redigam . 15. Sicut gavisus es super hereditatem domus Israel , eo quod fuerit dissipata , sic faciam tibi : dissipatus eris , mons Seir , et Idumaea omnis : et scient quia ego Dominus .

3. ECCE EGO AD TE (Chaldeens : Ecce ego mittio furorem meum super te) , MONS SEIR , — id est Edom , vel Idumaea : Esau enim cultor Idumaeus dictus est Edom , quia rufus ; et Seir , quia pilosus . Gen . cap . XXXVI , 8 et 9 .

5. EO QUD , etc. , CONCLUSERIS FILIOS ISRAEL . — Quia , ut ait Abdias vers . 41 , Idumei fugientes a Chaldeis ad se Iudeos occidebant , alios etiam persequerabantur et capiebant : imo cum Chaldeis obcederunt et expugnaverunt Jerusalem .

IN TEMPORE INQUITATIS EXTREME . — Hebreus : In tempore quo finem habuit iniquitas . Ita Vatibus et Pagninus , id est in tempore quo Deus finem dedit peccatis Iudeorum , per eorum excidium : tunc enim Chaldeis se jungentes Idumaei Iudeos afflixerunt et excederunt . Alii , « inquitatis » , id est punitionis , et calamitatis « extreme » Ita Mardonatus . Ut sit metonymia , qua iniquitas ponatur pro effectu et pena iniquitatis . Hic sensus valde congruit Iudeo et praeceptibus .

Alii , « inquitatis extreme » , non Iudeorum , sed Idumaeorum . Summum enim eorum scelus fuit , cum Chaldeis se jungere , ut populum Dei everterent .

6. SANGUINI (id est cedri , vel casoribus et sanguinariis) TRADAM TE . — Hebreus ad verbum est , sanguinari facias te , q. d. Ita vulnerabili et cruentabili te , ut videaris totus conversus esse in sanguinem , nec aliud esse quam sanguis .

ET CUM SANGUINEM (id est casdem et occisoris) ODERIS , — illi tamen persequenter te . Alter hunc versus veritatem explicat Vatibus , nimis , q. d. Feceram te sanguinem , id est consanguineum Hebreorum , quos odisti , cum eos amare debuisses : efficiam ergo ut sanguis , id est ultio sanguinis , vel sanguinarii te persequatur . Ita enim justa Dei ultio homicidas persequitur , ac si sanguis occisorum , ipsi occisi , aut occisorum larva vel furia eos persequerentur . Unde sepe videtur sibi eos videre , semperque eorum phantasie observantur : nec eos quiescere simunt , quasi eos insectentur , et ad necem adlicant . Cojus rei illustria exempla recensui Genes . ix , 5 , et Deut . XXI , 4 .

8. MONTES EIUS , — montes Seir id est Idumaea , de qua nunc in singulari loquuntur , nunc in plurimi , intelligens ejus cives et incolas .

10. DUE GENTES , etc. , MELE ERUNT (scilicet Israel et Juda , q. d. O Idumaea ! spe devoraveris totam Iudeam et Samarian , dicebasque : Due haec gentes , id est gentium regiones , scilicet Iudea et Israel sive Samaria , mea sunt) , CUM DOMINUS ES-

SET IBI , — id est ibi coleretur , essetque Judea quasi praeses , tutor et rex , q. d. Non es reveritus Dei presentiam , et quasi , eo vidente et nolente , voluisti terram ejus occupare , et quasi Deum sua possessione depellere . Ita S. Hieronymus . Vide Jерем . xix . 1 .

11. FACIAM JUNCTA IRAM TUAM , — id est , prout meritorum tua ira , et , ut Septuaginta , inimicitia et zelus , id est , ut Chaldeis , remulatio contra fratres nos Iudeos , q. d. Irascer tibi , sicut tu iratus es populo meo : irasceret tractabo te , sicut tu eum iratus tractasti ; et gloriam meam ostendam , illos liberando , te puniendo , ait Maldonatus .

JUDICAVERO , — puniero .

12. DESERTI (scilicet montes Judaeæ , a Judeam occisis , vel abductis) , NOBIS AD DEVORANDU DATI SUNT .

13. INSURREXISTIS SUPER ME , — contra me . Hebreus : Magnificastis os vestrum super me , id est superbe mihi insultasti . Sie dicit Psalm . LXIX , vers . 8 : « Posuerunt in celum os suum ; et lingua eorum transiit in terra » , q. d. Nulli homini , vel celum percepserunt , sed in omnes fuerunt maledici , contra omnes acuerunt et exseruerunt lingua suam virulentam .

DEROGASTIS ADVERSUS ME VERBA VESTRA , — detractionis militi per verbis vestris , quae adversum me jactasti : nisi enim mea gloria derogasti . Simili phrasii dixit Seneca in Prost . lib . I Natr . Question . : « Derogare aliquid ex lege fatorum : » derogare , id est detrahare . Si vulgo dicimus , « Derogare fidem » , vel , « gratiam alicui . » Et Tacitus , lib . I : « In commune , ait , nihil derogat . » Simili catastrophæ scriptis S. Polycarpus epist . ad Philippiens . : « Si quis , inquit , deviarerit eloquia Domini ad propria desideria , et dixerit neque resurrectionem , neque judicium esse , hic primogenitus Satane est . » Deviarerit , id est detorserit , inflexerit , depravari . Hebreia est ⌂τηρην κατατελεῖν , id est efflagitasti , expostulasti , dura verba multiplicasti contra me , hoc est , superbe et impudente multa aspera et contumeliosa jactasti contra me , atque gloriam meam . Septuaginta , vocifereris estis contra me .

14. LETANTE UNIVERSA TERRA , — q. d. Sicut tu in vastatione Iudeæ letatus es : ita faciam ut in tui vastatione alias gentes letentur , gaudent et exultent . Equum enim est , ut qua mensura mensus es alius , eadem remetiat tibi . Hoc excidium Idumæum factum est per Nabuchodonosor et Chaldeos , teste Josepho .

CAPUT TRIGESIMUM SEXTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

¶ Omilit se Israel e Babylone reducturum et restauraturum ; ac ejus antitypo per Christum a captivitate peccati et diabolis eum redempturum ; atque daturum ei spiritum novum , et vitam novam , sanctam et divinam per baptismum . Ubi adverte : Prophetæ , more suo , res sui populi , scilicet captivitatem et liberationem pertractat : sed sub his potius spectat , aciemque mentis defigit in Christum quasi prophetæ suis sequens : unde clare et discrete ad eum assurgit , vers . 25 . Vide Canon . IV et V (t) .

1. Tu autem , fili hominis , propheta super montes Israel , et dices : Montes Israel , audite verbum Domini : 2. Hec dicit Dominus Deus : Eo quod dixerit inimicus de vobis : Enge , altitudines sempiternæ in hereditatem date sunt nobis : 3. propterea vaticinare , et die : Hec dicit Dominus Deus : Pro eo quod desolati estis , et conculeati per circuitum , et facti in hereditatem reliquias gentibus , et ascendistis super labium linguae , et opprobrium populi : 4. propterea , montes Israel , audite verbum Domini Dei : Hec dicit Dominus Deus montibus , et collibus , torrentibus , valibusque , et desertis , parietinis , et urbibus derelictis , que depopulata sunt , et subsannata reliquias gentibus per circuitum . 5. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus , et de Idumaea universa , que dererunt terram meam sibi in hereditatem cum gaudio , et toto corde , et ex animo : et ejeccerunt eam ut vastarent : 6. idcirco vaticinare super humum Israel , et dices montibus et collibus , jugis et valibus : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego in zelo meo , et in furore meo locutus sum , eo quod confusionem gentium sustinueritis . 7. Idcirco hæc dicit Dominus Deus : Ego levavi manum meam , ut gentes que in circuito vestro sunt , ipse confusionem suam portent . 8. Vos autem , montes Israel , ramos vestros germetis , et fructum vestrum afferatis populo meo Israel : prope enim est ut veniat : 9. Quia ecce ego ad vos , et convertar ad vos , et arabimini , et accipietis sororitatem . 10. Et multiplicabo in vobis homines , omnemque dominum Israel : et habitabuntur civitates , et ruinostra instaurabuntur . 11. Et replebo vos hominibus et jumentis : et multiplicabuntur , et crescent : et habitare vos faciam sicut a principio , bonisque donabo majoribus , quam habuistis ab initio : et sciatis quia ego Dominus . 12. Et adducam super vos homines , populum meum Israel , et hereditatem possidebuit te : et eris eis in hereditatem , et non addes ultra ut absque eis sis . 13. Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quod dicunt de vobis : Devoratrix hominum es , et suffocans gentem tuam : 14. Propterea homines non comedes amplius , et gentem tuam non necabis ultra , ait Dominus Deus : 15. Nec auditam faciam in te amplius confusionem gentium , et opprobrium populorum nequamportabis , et gentem tuam non amites amplius , ait Dominus Deus . 16. Et factum est verbum Domini ad me , dicens : 17. Fili hominis , domus Israel habitaverunt in humo sua , et poluerunt eam in viis suis , et in studiis suis ; juxta immunditiam menstruata facta est via eorum coram me . 18. Et effudi indignationem meam super eos pro sanguine , quem fude-

(1) Prophetæ in hoc capite et in seq. comprehensa ad gratiosam populi Dei restauracionem pertinet .

Tamen , dato mandato divino ad Prophetam et alloquo ad Israelem , indicat Deus venturam restorationis causas desumptas , primo , partim ex insolenti hostium confidentia , secundo , partim ex oppressione populi cum opprobrio conjuncta , 3 , 4 ; tertio , ex zelo divino sumendo vindictæ de oppressoribus Israëlis , 5-7 .

Secundo , promittit , primo , benedictionem terre Israël versus coledum , et urbibus ac civibus angendam , 8-12 ;